



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 12. Bobbiensis Ager.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

SECVNDÆ PARTIS LIBT VI. 795

- FL V. *Scriuia*: *Scriuia*, ad castrum Gibellinum Pado iungitur.
 VII. *Curone*: *Corone*.
 Staffora: *Staffora*, verius torrens quam fluuius.
 Vera: *Vera*.

N V M. 12. *Bobbienſis Ager*, Bobbiese.

- VR. BOBBIVM: *Bobbio*, in Apennini iugo ciuitas vbi nobile
 S. Galli Cœnobium, à D. Columbano Gotho conditum, ex quo Monasterio ciuitas accreuit. Huic cognominem aliqui faciunt vrbē supra Nicēam; errant, hæc enim Boglio dicitur, nobis vulgō *Bueil*. Leandrum lege, & de eius dominis aliquid edisces. Sita est hæc ciuitas ad Trebiam Fl.
 Rossariolum: *Rossaruolo*, ad prædictum amnem.
 Castellum vetus: *Castrum vetro*, in iugis Apennini.

- FL V. TREBIA: *Trebia*, non inde procul oritur, & paulò supra
 VII. Placentiam in Padum influit.
 Tidonius: *Tidone*, non procul à Bobbio existit.

De Marchionatu Finarij *Final*, & Pontremolensi ditione, quæ sibi Hispanus afferuit, pendéntque ex Prorege Mediolanensi ut po- te vicinore, in ditione Genuensium dicemus cap. 4.

§. 2. De ditione Ducis Sabaudiæ in Italiam.

OFFERT sese nobis egredientibus ex Ducatu Mediolanensi ditio Italica Principis inter Europæos post Franciæ Regem antiquissimi, cuius familia **xxvii ii.** Principes legitimos edidit, **xvii.** Comites, **xii.** Duces. Quæ matrimonio octies iuncta est cum Imperatoribus, quinques cum Regibus Franciæ, decies & quater cum Principibus Regij sanguinis Franciæ, quinques cum domo Austriacâ, semel cum Regibus Aragonum, bis cum Regibus Castellæ, & Legionis, bis cum Regibus Portugalliarum, semel cum Regibus Poloniæ, Angliæ, Scotiæ, Cypri, Bohemiæ, ter cum Regibus Siciliæ atque Hierosolymorum.